

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De proprietatibus rerum

Bartholomaeus <Anglicus>

[Lyon], 21. Nov. 1482

De anima et eius proprietatibus. Liber tertius

[urn:nbn:de:bsz:31-326878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326878)

Demonēs semp afflictionem iustorū appetūt: sed si adeo prātem nō accipiunt/ ad temptatōnis articulum nullatenus conualescunt. vnde quādo vnū malum intulerūt. ad faciendū aliū subito se accingunt. vnde exētes ab obfesso/ porcos in mare petierūt. nam vt suam faciunt maliciā/ etiā bruta ledere appetūt qñ cohibēte eos diuina potentia hoīes ledere nō presunt. **I**dem in lib. xxiij. fm diuicias diuersorum cōplectiones/ varias ⁊ diuersas parantēptationum illaqueātes deceptiōnes. nam leuōs temptant de luxuria/ timēs ⁊ discordia/ timidos de desperatione/ superbos de presumptione. **I**dem li. xxiij. **P**rimo antiquus hostis temptās cōsulendo blāda ⁊ illiāta animo suggestit post ad delectationēz p̄habū/ ad extremū per cōsensum possidens violenta cōsuetudine premit. vnde de ipso dicit **J**ob. xli. **F**ugiat eandam ⁊c. **I**tem idē grego. li. xxiij. mo. a. Nequa q̄ hostis callidus quēpiā premit/ sed calliditate pestifere psuasione ⁊ fraudulentis cōsilijs interficit/ qui dum dulcia demones resonant/ ad noīa cor indignant. **I**tem ibidē li. v. modo fiat est predictus hūanis sensib⁹ se obijcit/ modo quasi angelū lucis se ostendunt. **I**tem lib. xxiij. in fine mundi tanto feruētior erit ad seuiāam/ quāto se sentit viciōriem ad iudiciū ⁊ ad penam. **I**tem ibidē tunc quicquid nequit voluerit/ callidus exquiret. tūc superbere certicem alitius eriget. ⁊ illum damnabit hominē quem gustabit. omē quod poterit nequit tunc ostendet. **I**tem idē lib. xxiij. **A**ppareute iudicio/ cincto assilente celestis amē ministerio antiquus ille hostis diabol⁹/ belua crudelis ⁊ fortis in medio captiuus adducetur. ⁊ cum suo toto corpore eremis iebenne incēdijs mancipabitur/ vbi vniq̄ inauditum erit spectaculum/ quando bec inmanissima belua electorum oculis ostendetur. **D**ec pauca de infinitis pprietatibus malignorum spirituum/ ⁊ eorū effectibus dicta sufficiant causa breuitatis. **A**lias vero ipsius sathane opationes/ ⁊ occultas machinationes si quas scire desiderat/ librum gregoriū super **J**ob perlegat ⁊ parat/ maxime in duobus capitulis penultimis/ salicet. d. et. xli.

¶ finit Liber secundus.

De anima et eius proprietatibus.
Liber tertius.

Diuinate

iesu christo in p̄cedentibus aliquas pprietates de substantia penit⁹ incorporea de diuina sciēt natura ⁊ angelica (q̄m ad hoc spectat opusculum

breuiter intro ducimus) nūc cum eiusdē interueniente auxilio/ ad creaturam corpoream stiluz cōuertamus. ad dignissima creaturam salicet ab homine (qui naturam ⁊ pprietate sapientiam corporum q̄ spirituum) inchoantes.

Cum igitur homo (fm **J**sid.) sit animal deiforme manufactū natura fm lege rōnis discipline susceptibile/ diuinam habēs imaginē in potentia cognoscendi/ ⁊ similitudinem in potentia diligendi. ad hoc ut videt⁹ ⁊ parulis hominis pprietates manifestius innotescant/ a partibus eius er quib⁹ est compositus est breuiter inchoandum. **E**t primo a natura digniore salicet ab anima. fm quam cū substantia angelica cōuenit ⁊ cōcordat. q̄ fm illaz supra naturam corporis homo ad celestia eleuat. (**N**ā sicut dicit **J**sid.) abusiue est homo ab humo dicitur. cum ex societate nō tantum corpus/ sed anime sit cōsuetus. ⁊ ideo grece antropos/ id est sumum creatus appellatur. eo q̄ ab humo ad cōtēplationem sui artificis spiritus regimine subleuatur. **U**nde poeta. **P**ronaq̄ cū spectent aialia cetera terram. **D**s hominē sublunē dedit celūz videre. **I**ussit ⁊ erectos/ ad sidera tollere vultus. homo itaq̄ celum querat/ ⁊ nō tanq̄ pecus ventri obediens mentes in terra figat. **C**um etiā (fm **J**sid.) duplex sit homo salicet interior ⁊ exterior/ primo ab interiori salicet ab anima est tractandum.

Primo igitur videndū est quid sit anima scdm rem ⁊ secundum diffinitionem. et quid dicatur scdm etimologiam/ ⁊ noīs impositionem deinde quid fm potentiaz ⁊ virtutem. **T**ertio quid scdm effectum ⁊ operationē. **Q**uarto qd scdm sui p̄fectibilis comparationem/ salicet q̄ sit eius pprietas quando cū corpore iungit⁹/ et que quādo ab eo separat⁹. **A**nima vero rōnabilis de qua hic intendimus a quibusdam sanctis ⁊ philosophis diffinit⁹ vt spūs a quibusdāz

De anima

ut anima, a quibusdam, ut anima et spiritus.
In quantum autem habet naturam spiritus di-
stinguitur ab augustinus in li. de motu cordis.
Anima est substantia incorporea intellectualis
illuminationis a primo ultima relatione per-
ceptiva. Et qua definitione primam et pre-
cipuam cognoscimus rationalis anime prop-
rietatem. Spiritus enim humanus in mediate
post angelos est diuine illuminationis recepti-
uus. Item in quantum est anima diffinitur du-
pliciter, quia dupliciter vnitur corpori. scilicet per
motum: mobilis et natura: nauis. Et secundum hoc
diffinitur a remigio sic. Anima est substantia
incorporea regens corpus. Et ab aug. de anima
et spiritu. Anima est substantia quedam rationis par-
ticipans corpori regendo accommodata. Et qua dif-
finitione alia spiritus proprietatem elicitur. scilicet quia
dam necessitate amoris et gubernationis ad re-
gimē corporis sibi vnitū naturaliter indinat. Et
quo etiam patet quod anima in corpore regendo non
per dimensionem et loci spacium in corpore exten-
ditur, sed eius virtute corpus vinctum regitur et
mouetur, sicut ponit Galcius, exemplum in
commento super thimeum, de aranea que in me-
dio sue tele residens sentit qualemque motum in
terris siue exteriis faciam sic et anima in centro
cordis residens sine sui dissensione totum corpus vi-
uificat et omnium membrorum motus dirigit et gu-
bernat. Proinde autem comparat corpus sibi vincto
ut forma et perfectio diffinitur a philosopho in
libro de anima sic. Anima est endelechia, id est
actus primus siue perfectio corporis siue phisici
organici potentia vitam habentis. Et qua dif-
finitione patet quod quauis corpus sit vinctum, non
tamen omni, sed solum organisato corpori et phisico
sicut id est naturaliter ad susceptionem anime ra-
tionalis dispositio (insundit et vnitur). Item in
quantum est anima et spiritus quadrupliciter diffinitur.
Primo in compositione ad creaturas generali-
ter (sicut dicit aug. in li. de anima et spiritu) anima
est omnium similitudo. Et quo patet quod anima ex
sui natura ad suscipiendum in se omnium rerum si-
militudines est apta nata (ut dicitur in li. de ani-
ma et spiritu) anima ad similitudinem totius sapien-
tie facta in se omnium rerum generum similitudines,
quod similis terre est per essentialitatem, aque vero per im-
aginationem, aeri per rationem, firmamento per intel-
lectum, celo empirico per intelligentiam. Secundo
autem modo diffinitur in comparisonem ad deum
tanquam ad suam causam efficientem, sic. Anima
est deiforme spiraculum vite. Et quo patet, per
proprietatem anime quod non ex radice, nec ex seminali
ratione propagatur, sed ad viuificationem corporis
a deo insunditur et creatur. Item septimo modo

describitur in comparisonem ad deum sicut ad fi-
nem suum sic. Anima spiritus intellectualis ad be-
atitudinem in se et in corpore ordinatus. Et ex
hoc relucet alia proprietates, scilicet quod anima non solum
separata beatificatur cum angelis vel sicut ange-
lus imo in corpore glorificato ipsius felicitas am-
pliat. Istas omnes definitiones sub quadam
generali descriptione comprehendit. Iohannes damascenus
c. xvi. dicens. Anima est substantia viuens / sim-
plex et in corpore corporeis oculis secundum propriam
naturam inuisibilis et immortalis / rationalis / in-
tellectualis / infigurabilis / organico viuens cor-
pore, et huius, id est corpori vite augmentationis sen-
sus et generationis inbutiva non alium habens
preter seipsam intellectum, sed et partem sumpti-
uis purissimam, sicut enim oculus in corpore, ita
est in anima intellectus arbitrio libera et volun-
taria et preparata voluntate veribilis, quoni-
am causalibus, omnia hec eius gratia qui eas
condidit suscipiens ex quo et esse et naturam su-
cepit (hucusque Iohannes damascenus in c. supradicto).
Consimiles etiam proprietates describit Berni-
dicens sic. Anima insignita dei imagine de-
corata similitudine, desponsata fide, dotata spi-
ritu, redempta christi sanguine deputata cum an-
gelis, capax beatitudinis, heres salutis, parti-
cipans rationis, quid tibi cum carne etc. Et istis mul-
tis definitionibus et descriptionibus varijs va-
rie proprietates anime rationalis quo ad esse natu-
re et etiam gratie iam relucunt.

Quid tamen sit secundum rem anima plurimum
est incertum. Nam circa hoc antiqui
legunt philosophi varias et quasi
contrarias sententias protulisse, reuertitur enim ari-
stoteles in li. de anima et plato posuerit animam esse eternam
se mouentem. Zenon vero dicit animam esse nume-
rum se mouentem. Pythagoras harmoniam,
paphnionem, ydeam, aspidides vero dixit ani-
mam esse quinquagesimum sensuum exercitium / siue consonum
hypocras autem spiritum tenuem per omne corpus dis-
persum, eradicans phisicus lucem vel sanitatem
essentie animam vocat, democritus spiritum inferum
arboris, unde propter facilitatem motus totum cor-
pus anime primum asserit, permenides dicit eam
ex terra et igne esse, epicurus dicit animam quoddam
spiritum ex igne et aere esse, hypertus dicit animam
quoddam vigorem igneum fore (iuxta illud.)
Igneus est illis vigor et celestis origo. Quod er-
go tot et tam diuersa de substantia anime a sapi-
entibus sunt relata, hoc solum sufficit quo ad
presens quod secundum sanctorum dicta. Anima est quoddam
spiritualis et rationalis substantia ad viuificandum
et perficiendum corpus humanum a deo ex nihilo
creata, vnde quod substantia est contrariis susceptiva

Anima dicitur per damascenum

Anima per ydeam per bernardum

philosophi opiniones de anima

Suscipibilis enim est scientie et ignorantie virtutis et malitie. et hoc sine substantie sue in mutatione seu deperditione. Item quia incorporea est. non est sensu corporali percipi neque secundum dimensionem extensiva. Item quia simplex est in natura id nec augenti nec decremēti est in sua essentia receptiva. et ideo nec in corpore maiori est maior. nec in minori minor. (ve dicit augustinus). Item quamvis simplex sit et invariabilis in substantia sua. tamen est in potentia multiplex. Nam multitudo in virtute et potentia non ponit maiorem in natura vel minoritatem. sed quo ad varios effectus est potentialis multitudo in anima. unde non est maior in tribus quam in una nec minor in una dicitur quam in tribus. patet itaque multipliciter anime proprietates secundum rem et definitionem. lucidus autem patebit anime conditio per nomen ipsius impositionem.

Anima igitur secundum Isidorum a gentibus nomen accepit. pro eo quod secundum corporis opinionem ventus sit quod aerem ore attrahentes vivere videmus. sed hoc apertissime falsum est. quia multo prius anima corpori infunditur quam aer ore capiatur. quia in generatione statim vivit quando a domino infunditur et creatur. anima igitur dicitur eo quod vivit. et corpus cui infunditur animat et vivificat. Spiritus vero dicitur quia vitam habet in se spirituales. animales. et naturales. et quia spirare facit ipsum corpus. Idem etiam in essentia est anima et animus. sed anima dicitur vitam secundum rationem. et animus consilium. unde dicitur philosophus. animam id est vitam sine animo id est sine consilio permanere. dicitur etiam anima mens. quia tanquam caput eminet. vel quia meminit. unde et homo secundum mentem dicitur ymaginatio dei. Item multa nomina anime sunt ita coniuncta quod unum pro alio sepe ponitur. et per diversa nomina una anima diversis respectibus nominatur. anima enim dicitur dum animat et vivificat. mens in quantum recollit. animus dum vult. ratio dum recta iudicat. spiritus dum spirat. sensus dum aliquid sentit. unde et proprietas anime proprietatibus scientia que anime est qualitas. est a sensu a quo nomen accepit. hucusque Isidorus. li. xi. c. x. et liij.

Anima vero plures habet potentias cum sit in substantia una habet multiplicem compositionem secundum quam oportet diversam potentiarum ipsius ostendere partitionem. comparatur enim ad corpus et ad finem suum et ad actum suum. Sed propter hoc ad corpus quinque potentias quarum prima est secundum

potentie anime quatuor ad corpus

1. **A**ugu. sensualitas que est vis anime qua movetur et tendit in corporis sensus atque appetitus rerum ad corpus pertinentium. hac potentia movetur animal ad appetendum delectabilia refugit que nociva. **S**ecunda potentia est sensus scilicet vis anime que cognoscit res sensibiles et corporales quando sunt presentes. **T**ercia est imaginatio qua anima intuetur formas rerum corporalium quando sunt absentes. **Q**uarta est ratio que inter bonum et malum verum et falsum discernit. **Q**uinta est intellectus quare non materiales sed intelligibiles comprehendit ut deum et angelum. et huiusmodi tres prime potentie scilicet sensualitas / sensus / et imaginatio sunt in anima prout corpori. et vniuersalis et ei influit vitam et sensum interiozem et exteriorem ad ipsius corporis perfectionem. et he potentie hominibus et brutis sunt communes. due vero alie. scilicet ratio et intellectus sunt in ea prout a corpore est separabilis et remanet separata. sicut angelus. et hoc secundum duplicem aspectum. respicit namque superiora / et sic intellectus nunquidatur. respicit et inferiora / et sic ratio dicitur. prout autem anima comparatur ad finem suum triplicem habet potentiam. scilicet rationabilem / qua tendit in verum. concupiscibilem / qua tendit in bonum. et irascibilem / qua tendit in arduum et eternum. **I**n rationabili est cognitio verum. **I**tem concupiscibili voluntas et desiderium boni. **I**n irascibili est fuga contra malum. **O**mnis itaque potentia sic considerata est cognitiva siue apprehensiva veri. **V**el affectiva boni / vel motiva ad fugam mali. **D**e vi igitur apprehensiva siue rationabili omnis sensus oritur. **D**e vi autem motiva concupiscibili et irascibili nascitur omnis affectio seu affectus. que affectiones sunt quatuor. scilicet gaudium spes timor et dolor. **P**rimo due nascuntur de concupiscibili nam de re quam concupiscimus gaudemus. et gaudento speramus. **D**ue vero alie. scilicet timor et dolor oriuntur de irascibili. quia de eo quod odimus iam dolemus / et dolendo timemus. **S**i si quidem quatuor affectus virtutum omnium et viciorum. quedam sunt subiecta materia si aut alias est ostensum. et hoc patet per augustinum libro de anima et spiritu. ubi hec omnia declarantur

Pro ut vero consideratur anima in comparatione ad suum actum. triplex potentia occurrit. scilicet vegetabilis / sensibilibus / rationalis. immo in diversis subiectis triplex dicitur anima. scilicet vegetabilis. que est in plantis et radiabus / sensibilibus que est in brutis animalibus. rationalis in hominibus. **Q**uod anima vegetabilem comparat philosophus triangulo

animi motus per deum effectus

etiam

quia binoi tres sunt partes. generatiua/nutri-
 tiua et augmentatiua. vnde bec potentia seu a-
 nima prima est similis triangulo in geometria
 animam sensibilem comparat qua drangulo.
 quia quadrangulus ducta linea ab angulo ad
 angulum duos. facit triangulos anima sensi-
 bilis duas facit triangulos potentiarum vbi
 amq. n. anima est sensibilis / ibi et vegetabi-
 lis inuenitur / sed non e conuerso. aiam aut ro-
 nalem pparat circulo roe sue perfectionis et ca-
 pacitatis. oim. n. figurarum vsos perimitaruz
 id est equales ambitus habentium maximus
 est circulus. quauis. n. pfectibilis facta sit in sci-
 entia et virtutibus anima rationalis. vt dicitur
 in libro de anima. perfectissima est et capaci-
 sima instar circuli quantum ad potentias na-
 turales. vñ supposita aia ronali / presupponit
 potentia vegetabilis et sensibilis s no puenit

Anima igitur vegetabilis potentia
 habet generatiuam necessariam ad
 multiplicacione. potentia nutritiua
 ad conseruationem indiuidui. sed potentiam
 augmentatiuam ad perfectione subiecti. Vnde
 autem virtuti vegetabili quanto deseruit sed
 virtus appetitiua que fuit necessaria i nutrimen-
 to digestiua. que separat conueniens ab inco-
 ueniens in nutrimento retentiua que transmittit
 ad singulas partes in animalibus. et ad sin-
 gulos ramos in plantis. quod conueniens est
 in alimento et coniungitur eis vt restitueretur de
 perditio tam in animalibus q in plantis. Ex-
 pulsiva / que expellit istud quod nature est inco-
 ueniens et nocuum. Sunt et alie virtutes et
 potencie vegetabili administrantes. vt immuta-
 tiua / informatiua / assimilatiua / personalis
 aspera / lenis. quarum differentias non inten-
 dimus prosequi. qz in li. Job per se patent.

Ex predictis igitur breuiter recollige q anima
 per potentiam vegetabilem in plantis de sili-
 bus similia producat / et producta in esse mul-
 tiplicat et custodit. Itaque sunt necessaria ad
 nutrimentum appetit / recipit / incorporat atq
 vnit. Itaque que inconuenientia sunt abijcit
 et excludit. Itaque per generatiua virtutem cui di-
 seruit passiuam multiplicat speciem et ad esse p-
 ducit. Itaque p nutritiuam spem multiplicatam
 refouet atq nutrit. Itaque per augmentatiuam
 subiectum dilatando in debita quantitate pfi-
 cit et producit. Itaque sentio et temporis muta-
 bilitate deficit / et tandem pereunte corpore ip-
 sa perit. Decid aia vegetabili hic dicta sufficiat

Quia autem sensibili quantu
 ad potentiarum suarum differenti-
 as aliqua pauca breuiter sunt di-

ceda. Nam virtus sensibilis insubtilissima ce-
 rebri ventriculis sedem habet. ab ipso autem
 cerebro per ueruos et arterias per singulas p-
 tes animalis se diffundentes motum et sensuz
 voluntariuz in singulis membris operat. Du-
 plicem itaqz habet anima sensibilis potentia.
 scz aprehensiuam et motiuam. aprehensiuam
 vero diuiditur in sensum comune siue interio-
 rem et sensum particularem siue exteriore. Sen-
 sus vero exteriore continet visum / auditum / gu-
 stum / odoratum / et tactum. et iste sensus in su-
 is organis produciunt taliter ad effectum. Qui-
 dam ueniunt qui aethonomia dicitur obatus de
 scendit a cerebro ad oculos seu ad oculoꝝ pu-
 pillas. et ramificatur in duas partes. et alius q
 dam ad aures / tertius ad nares quartus ad li-
 guam et palatum / quintus ramificatur ad or-
 gana tactus per corpus totum. per istos itaqz
 ueruos spūs sensibilis vbiqz diffundit per cor-
 pus et ipsius virtute totum sensibile et mobile
 redditur. ex cuius spūs diffusionem per ueruos
 artenas et musculos tota corpus compago
 ad motum habilis inuenitur.

Sensus vero communis siue interi-
 or diuidit in tres partes secundum
 tres cerebri regiones. Nam in cere-
 bro sunt tres cellule. scilicet anterior. in qua uirtus ima-
 ginatiua operat. que quidem ea que sensus ex-
 trinsecus apprehendit interius ordinat et copo-
 nit. vt dicit Jo. Est et media cellula. scilicet logi. in
 qua ro sensibilis siue estimatiua uirtus dominat
 Est iterum tertia et postrema que est memoriati-
 ua que ea que apprehensa sunt per imaginati-
 onem siue rationem in thesauro memorie reti-
 net et custodit.

Sensus itaqz siue sensitiva virtus
 que ad anima sensibili pcedit im-
 potentia qua anima de coloribus
 et saporibus et alijs sensuū obiectis iudicat et
 discernit. imaginatiua vero est virtus qua for-
 mas prius a particularibus receptas quibus ab-
 sentes apprehendimus. vt patet quoniam motes au-
 reos cogitamus. vt quoniam propter similitudine alioꝝ
 montium de monte pamafo somniamus. Quis
 autem estimatiua siue ratio sensibilis est secun-
 dum qua in precauendis malis nobis vel in
 delectabilibus consequendis prudentes sunt
 homines et sagaces. et bec estimatiua nobis
 communis est et b:unis. vt p3 in cambus et lu-
 pis rone tamen proprie loquendo non vniunt.
 sed quadam forti et solerti estimatione. Sed de
 hoc alias. Memoratiua vero est vis conseruatiua
 siue recordatiua per quam species rerum ne in
 obliuionem veniant reponunt et reseruamus.

Anima sensibilis dicitur
 esse potentiam

unde quidā dicit. Memoria est archa siue custodia rationis.

Quitus autem sensibilis motiua diuiditur in naturalem vitalem et animales. virtus autem naturalis est motiua humorum in corpore animalis per venas. et hec hz sedem suam principaliter in epate eo q̄ ibi principaliter operetur. virtus quoq; vitalis habet motum suum per arterias in quibus mouent spiritus a corde. procedentes. Nam hec virtus sedem suam hz in corde unde oriuntur arterie sicut et epate venae nascuntur. tñ. n. caloris est cor q̄ nisi frigidò aere attracto ei calor mitigaretur vtiq; in semetipso suffocaretur ppter q̄ per arterias et pulmonē necesse est aeren attrahere et eius incendiu mitigare. Virtus autem animalis motiua que principaliter sedem hz in ventriculo cerebri a quo oriuntur somnes nervi mediante nuca / idest medulla spinali que est in spondilibus dorſi mouet oia membra. Primo enim mouet nervos musculos et laſcetos. qui moti mouent et alia membra motu voluntario in omnem partem. Secūdu vero q̄ mouet manus dicitur virtus operatiua s̄m vera q̄ se extendit ad pedes et mouet ad ambulandum dicitur vis progressibilis. eo q̄ s̄m eam mouetur animalia motu progressiuo. Recollige igitur breuiter anime sensibilis proprietates huic tractatui congeretes. Est igitur anima sensibilis quedam spiritalis substantia / vegetabili nobilior et dignior rationali vero longe indignior et ignobilior. Nam eius esse et operatio dependet a materia seu subiecto. cuius est perfectiua. unde percunte corpore perit eius essentia et operatio nec permanet a corpore separata. q̄d u tamen est in corpore nobilior hz operationes. Est enim corporum animalium sensibilitatiua. et in ipsis sensuū interiorum et exteriorum scdm organorum exigentiam completiua. Itē omnium membrorum scdm omnem partem est motiua. Itē per singulas partes corporis est sue virtutis distributiua vel diffusiuua. Itē secundum maiorem nobilitatem organorum et membrorum est nobilior actionum productiua. Itē somni et vigilie in actionibus est effectiua. Itē virtute eius ad interiora reuocata in interioribus corporis foras est actiua. Itē diffusa per exteriores sensus et circa diuersa occupata debilius in singulis operatur. quādo enī actu aliter intenditur / in visu debilitatur / et remittitur in auditu. et sic de alijs. unde dicitur. Singulis intentus minor est a singula sensus. Itē in extremis et nimis excellentibus eius virtus obtrunditur / sed in medijs delectatur. Itē eius

virtus et operatio impeditur quando ppter opilationem meatuum et pororum in membris spiritui sensibili via seu transitus denegatur. vt in paralisi epileptis et in alijs p̄. Itē ex nimio calore dissoluitur / et poros dilatante virtus eius dissoluitur sicut ex nimia frigiditate constringente ne se diffundat coartatur. Itē ex odoriferis virtus animalis deperdita restauratur sicut ex fensibus corrumpitur et grauatur. Hec de sensibili virtute iam sufficiant.

Anima vero rationalis siue vis in intellectu id est q̄ intellectus. vñ diuiditur secundum duos principales actus. s̄. in intellectum speculatiuum et intellectum practicum. Intellectus enim speculatiuus excurretur in contemplatione. Intellectus vero practicus in operatione et secundum hanc radicem diuiditur vita actiua et contemplatiua. anima igitur rationalis perpetua et incorruptibilis ac immortalis. propter q̄ et eius principalis actus. s̄. intelligere nullatenus dependet a corpore. et ideo perfecte viuunt et intelligit a corpore separata. immo quādo plus se corpori immiserit tanto tardius et imperfectius intelligit. et quanto magis a carnalibus nebulis amplius se subtrahent. tanto facilius et dardius apprehendit voco autem hic immersionem vel per fantasticam imaginationem / vel per delectationem carnis / siue temporalium delectationem. unde dicit greg. Homo sicut in medio creatus est vt esset infeno: angelo / superioris iumento. ita habet aliquid quod necesse est conuenire cum summo et aliquid cum infimo. Immortalitatem quidem habet spiritus cum angelo. mortalitatem vero corporis cum iumento. anima igitur si ad deum per rationem uentur / illuminatur / melioratur / et purificatur. si vero per affectiones ad creaturas conuertitur / obscuratur / corrumpitur / et deterioratur. quāuis enim anima in se considerata immortalis sit et perpetua / passibilis tamen est ex colligatione corporis cui est coniuncta. unde aug. in li. de anima et spū. anime in corporibus viuentes per dilectionem rerum sensibilium corporalibus imaginibus afficiuntur a corporibus exētes in eisdem imaginibus tormenta patiunt. propter ea enim corporalibus passionibus ibidem detineri possunt. q̄ hic mundate a corruptione corporum nō fuerunt. Ex quo patet q̄ anima quāuis in sui natura sit purissima / impunitate contrahit a carne que originaliter est corrupta. sicut vinum vel alius quicumq; liquor ex vase corrupto contrahit infectionem. et ideo exuta a corpore quandoq; ex colligatione corporis sc̄a

De anima

foedus defert. et ideo necesse est ut purgetur. sicut gemma de luto nouiter est mūdāta. hec autē omnia de diuinis sunt accepta. Recollige igitur et predictis quod anima rationalis inter omnes creaturas diuine imaginationis et similitudinis est expressius representatiua. et hoc quia trina est in potentia quāuis vnica sit et simplex in natura. Item omnium rerum similitudinem est in se contentiua. et ideo anima dicitur omnium rerum similitudo. ut dicit aug⁹. Item semel creata in corpore vel extra corpus est in esse perpetuo permanens. Nam ut dicit cassio. nunquam ad diuinam imaginem diceretur creata si mortis termino dāderetur. Item et delecta est corporis organa p̄bificā. et ideo ipsius corporis in parte et in toto est perfectiua. Item et natura sibi indita est naturaliter boni et mali veri et falsi diuindicatiua et libere electiua. Item secundum diuersas potentias formarum et specierum diuersarum rerum presentium et absentium est apprehensiuā. Nam res naturales per suas naturales formas presentes vel absentes discernit res vero imateriales per sui presentiam comprehendit. ut dicit aug⁹. Item per reflexiones sui ipsius supra se est sui ipsius cognoscentiua. ut dicit p̄b̄us 7c. Nam videndo et intelligendo cognoscit se 7c. Item illuminationum et impressionum diuersarum ad modum tabule est naturaliter receptiua. Item cum naturaliter in corpore et in corpore vnici appetat vnionis cum corpore naturaliter est eductiua. Item naturaliter est appetitiua boni et malicie fugatiua. quāuis enim et defectu liberi arbitrii quandoque malum eligat nihilominus tamen malum et natura renunciat. ut dicit aug⁹. unde anima vegetabilis appetit esse. sensibilis appetit bene esse. rationalis autē affectat optimū esse. et ideo nunquam quiescat nisi cum optimo coniungatur. locus enim aierationalis est deus ad quem mouetur ut in eo quiescat. non per dissensionem sed potius per desiderium et amorem. Hec sunt itaque anime proprietates cum alijs supra positis quae iam sufficiant.

Questiō dicitur de proprietatibus anime in se et in suo corpore considerate restat videre de ipsius virtutibus quibus potens est suas operationes in corpore exercere. Hec autem virtus est potentia anime essentialiter attributa ad suas peragendas in corpore actiones. Nam mediante hac virtute corpus viuificat. cor et artenas constringit constringit et dilatat sensum et motum voluntariū omni animato corpore administrat. ut dicit p̄stan. li. iij. Hec itaque est triplex naturalis. que est in epate. vitalis siue spiritus animalis que est in corde. ani-

malis que est in cerebro sedem habet. actio igitur virtutis naturalis in animalibus et in plantis communis est. generat/nutrit/et augmentat. Et idem dicit cōstan. Est autē generatio per bicusmū substantie humoris vel rōnis seminalis in substantiam plantarum vel animalis operatione nam re facta mutatio. et hec virtus incipit operari a tempore generationis usque ad perfectionem plante vel animalis. huius autem generationi naturalis due virtutes naturaliter subministrat. scilicet immutatiua et informatiua. Nam virtus immutatiua est illa que substantiam seminis trāsmutat et conuertit in substantiam singularem. primum plantarum vel animalis. Et hec virtus istam facit trāsmutationem medianter quatuor qualitatibus primis. scilicet calido/frigido/humido et sicco. Nam per calidum et humidum operatur substantias meliores ut carnem in animalibus. flores et medullam in arboribus. per calidum et siccum operatur radices in vegetabilibus/cor in animalibus per frigidum et humidum operatur in plantarum folijs et animalium pilis. per frigidum et siccum operatur in nervis et ossibus animalium. in trunco et cornibus arborum et plantarum. Virtus vero secūndaria. scilicet informatiua actioni nature in generationibus est necessaria. quia ordinat et distinguat formam et speciem ipsi generato per partes singulas congruentes. Nam hec virtus perforanda perforat/vacua concavat/aspera lenificat et nimis lenia asperat et vnicique p̄ficale suā perficiem perficit et figurat. De autem due virtutes. scilicet immutatiua et informatiua nō diuini operantur nisi quousque ipsa res generata vel generata ut animal aut planta in esse nature completatur. et ideo necesse fuit ut virtus nutritiua ad preservationē generandi continue sequeretur. Est enim ipsius generatiue. virtutis adiutrix et ministra. quia in longitudinem/lantudinem/et profunditatem augmentat et extendit ipsius generatum. Pasciua quoque virtus nutritiuam adiuuat et ei ministrat. quia cibum in animalibus assumptum in membris solidat et assimilat. et quod dissolutum est ac deperditum vi caloris vel aliqua passione aens reparat et restaurat. et ideo natura mirabilis pasciuiam virtutem nutritiuam fecit adiutricem. et vtrumque obiecta ministerio virtutis generatiue. Hinc ergo pasciue virtuti quatuor virtutes particulares subministrant. scilicet appetitiua. que nutrimentum conuocans attrahit ipsis membris ut ad nutrimentum carnis attrahit temperamentū sanguinis. ad nutrimentum cerebri et pulmonis temperamentum slegmatis. et sic de alijs. Item et comparat virtus digestiua que conuenientia

b. 3.

ab inconvientibus in nutrimento separat et dividit purum ab impuro. Item virtus retentiva que, s. purum nutrimentum custodit. et quod iaz a cione nature excoctum est singulis membris incorporat et assimilatur atque vivit. Item virtus et pulsiva que superflua a membris tracta et nulla tenus assimilanda necessario expellit. et ideo sicut vis appetitiva operatur cum calido et sicco et digestiva cum calido et humido. et retentiva cum frigido et sicco/sic expulsiva cum frigido et humido operatur.

Quamvis autem naturalem sequitur virtus vitalis que vivificat. cuius fundamentum siue proprium domicilium est cor a quo procedit vita ad omnia membra vivificanda. Istius virtutis operationi cooperatur vis voluntarie motiva qua cor et artarie dilatantur et restringunt. Et dicitur hic dilatatio motus a cordis medio in omnes extremitates. sicut econverso contractio dicitur motus ab extremitatibus ad ipsam medium. sicut est in fabricis solibus videre. virtus ergo vitalis cor dilatando mediante pulmone ad cor aerem attrahit/et a corde ad alia membra per arterias transmittit. **H**ec est virtus per virtutem dilatativam cordis et propriam anhelitus in animali operatur. qui motus et lacertis. **I**ste autem status siue anhelitus cessans est ad caloris naturalis mitigationem et ad spiritus vitalis nutrimentum/necnon ad spiritus animalis generationem. Custodia enim caloris naturalis est frigidi aeris temperatus attractus. et custodia vitalis et cuius temperamento generatur spiritus animalis. et ideo ad vite conservationem nihil est magis necessarium quam anhelitus bene dispositus in omnibus et bene ordinatus. beconia habentia constan. in penteg. **S**ine enim cibo et potu ad horam potest consistere animal. sine attractione vero aeris nec ad momentum potest animal in debita consistencia permanere. **C**orumpitur tamen hic anhelitus siue aeris attractus multis modis. quo corrupto sequitur necessario destructio animalis. **P**rimo ex cerebri mala dispositione. nam cerebro quocumque modo in suo officio impedito propter defectum influentie spirituum/deficit cordis dilatatio et debita contractio. unde sequitur necessario animalis suffocatio. ut patet in apoplexia et in alijs causis consimilibus. **I**tem idem accidit ex cordis lesione quam humorum ibi naturaliter existentium sit evacuatio et per consequens spirituum emanatio. sic aeris attractio non habet locum. **I**tem idem accidit ex subita caloris naturalis ad interiora cordis percussione. ut patet in timore/osis et flegmatid

qui aliquando deficiunt et sincopizant. **I**tem idem accidit in epatis infectione. **N**am corruptio epatis generationem auferit puri sanguinis quo calor naturalis nutritur. quo ablato spiritus vitalis deficit/et per consequens anhelitus peculiariter vel universaliter impeditur. **I**tem idem accidit ex pulmonis perforatione. ut patet in pituitis in quibus venis attractus per oculos poros evanescit/et ad temperandum calorem cordis nullatenus satisfacit. **I**tem idem accidit in omni et maxime interiori vacuitate corporis subita repletione. ut patet in submersis in aqua in quibus poros opilans anhelitus interdudis. **I**tem ex nimia aeris corruptione. ut patet in pestilentia et corrupto aere quando spiritus vitalis suum contrarium fugiens in interioribus cordis includit/et ex corrupto aere iam oppressus/cor et alia corporis membra regere non sufficit/inimmo deficit in se et quasi subito evanescit. et tunc venit mors. **I**tem ex humorum thoracis et peccoris infectiva corruptione. ut patet in leprosis. **I**tem ex vitium canalium pulmonis obstructione. ut patet in asmatias et anhelosis et in alijs. **I**tem ex substantiali cordis corruptione. sicut ex morbo si alicuius venenosi reptilis cuius venenium ad cor penetrans naturalem calorem vincit/et sic anhelitus viam interdudis. **I**tem ex nimia calidi aeris rarefactione. sicut contingit ex balneo nimis calido/vel sole feruensissimo poros nimis rarefaciente. et apperiente. unde fit nimia caloris naturalis exalatio. et sic non sufficit aer frigidus attractus ad caloris accidentalis mitigationem. et sic anhelitus impeditur. **I**tem idem contingit in aere nimis frigido laceros et peccoris nervos constringente. unde et vis attractiva aeris impeditur. ut patet in dormientibus super niuem. **I**tem quandoque contingit ex vene cordis que dicitur concava vena opilatione/qua opilata et interdusa denegatur transitus siue via sanguinis ab epate ad cor ad vitalis spiritus nutrimentum. unde calorem intenso et humore subtrahit animal suffocatur. quia non sufficit aer ad cor refrigerandum. **I**tem simile accidit ex colere vel alterius humoris in subtilissimis venis cordis intensione. ut patet in acutis febribus in quibus deficit anhelitus. **I**tem ex gutturis et aliorum meatuum exteriorum nimia et violenta constrictione. ut est videre in suspensis et suffocatis in quibus intercepto anhelitu cor subito incenditur et sic animal subito moritur. **D**is et alijs multis modis vitalis virtus per defectum anhelitus impeditur. **E**t virtute spiritali procedunt ira/pugna/indignatio/emulatio/et consimiles passiones/que quidem surgunt in brutis

*Ad quid anhelitus
magis sit*

*Anhelitus per quid
destruitur.*

De anima

et motu spiritualis virtutis cum impetu et sine
discernione sed in hominibus ordinande sunt
et regende sua certa anime ratione. **De de spi**
rituali sive virtute vitali sufficient.

Anima animalis sedem et locum ha-
bet in superiori parte hominis .s.
in cerebro. et hoc est triplex .s. ordi-
nata / sensitiva et motiva. **Ordinata** per se
solum explet cerebrum nam in prima parte sive
in anteriori cellula ordinat fantasiam sive ima-
ginationem. in media cellula ordinat estimati-
viam et rationem et iterum in posteriori cellula
perficit memoriam et memorativam actionem
Et virtus imaginativa illud quod format et ima-
ginat transmittit ad iudicium rationis. ratio ve-
ro quod ab imaginativa recipit et quasi iudex iu-
dicat et diffinit et ad memoriam transmittit me-
moria ea que fuerunt in intellectu posita recipit
et donec illa ad actum reducat / servat firmiter
et custodit. **Secunda virtus sensitiva.** sic habet
formam. Nam spiritus animalis ab anterioribus
ventriculis cerebri medianibus quibusdam ner-
vis qui sunt mollissimi progreditur et quibus-
dam sensus formatur. unde quidam dicitur cum
spiritus animalis ad oculos ut ibi formetur visus
quidam ad nares ut formetur olfactus. et sic
alijs. **Sensus igitur visus** subtilior est cum sit
eius natura ignea. auditus sensus est aereus /
quod percipit aere sonitus. deinde subtilior est ol-
factus / cui sit eius natura fumea deinde gustus
cum sit eius natura aquea postremo sensus ta-
ctus grossior est omnibus. quia natura sua cum
sit tenebra in duris .s. in ossibus et nervis / in aspe-
ris / levis frigidis / et calidis est necessaria.
Horum sensuum singuli habent sua officia. ut
immutare et informare a suis obiectis que sen-
tiant ut sua sensata intellectu representent.

Sensus igitur visus cum sit igneus
est simplicissimus / unde et remotus
sine subito comprehendit. **Sensus**
autem visus sic formatur. In medio quippe
oculi (.s. in pupilla) est quidam humor purissi-
mus. et lucidissimus / qui crystallus dicitur a philo-
sophis est vocatus / eo quod more crystalli ad su-
sapientias varias colorum formas subito co-
aptatur. **Visus enim est sensus colorum** figura-
rum et formarum et proprietatum exteriorum susce-
ptivus et discernitivus. unde ad visum capiendum
sunt hec necessaria. .s. causa efficiens / organum
sive instrumentum convenientes exteriori res coope-
rans sive aer deferens / anime intentio / et motus
mediocris. **Causa autem efficiens** est virtus a sa-
lis. **Instrumentum est humor crystallinus** in uno
quo oculo collocatus. datus et rotundus. **Clar-**

est / ut sua claritate spiritum per aerem et oculos irra-
diat. **Rotundus** / ut minus sit passibilis. quia
forma rotunda in lateribus elisa angulos non
habet in quibus contineatur superfluitas pres-
tura lesionem. **Exterior res cooperans** est aer si-
ne quo mediante visus non potest perfici. ut enim
visus capiatur in quibusdam aialibus / aeris
claritas erigitur. in quibusdam vero obscuritas
in quibusdam non mediocritas. **Na in munitis**
erigit obscuritas. et in vespationibus. et in quibus-
dam alijs volatilibus mediocritas. ut per ea patebit
Item attentio etiam anime est necessaria. unde
cum circa rem aliquam investigandam alio se-
su est intentio oculus minus perfecte videt. quod
de re visa non iudicat. **Item necessarius est mo-**
tus mediocris. Si enim moveretur res visa et
multo impetu visus confunderetur. et ex motu
nimio et continuo dispergeretur ut patet in re-
mo fracto apparente in aqua propter motum
aque velocem. sic etiam aliquod signum oblo-
cum velociter motum apparet rotundum. **De**
visu vere qualiter fiat fuerunt apud veteres
varie opiniones. **Sic autem secundum philo-**
sophum (ut patet prima et tertia specula-
tionis) tripliciter sensus visus. **Primo** per dire-
ctas lineas super quas venit species raris ad
visum. **Alio modo** per super reflexas quando
primo se multiplicatur species a re ad specu-
lum et a speculo fit reflexio ad visum. **Tercio**
modo fit per lineas. que licet non sint reflexe ab
aliquo sed diriguntur inter rem et visum non
tamen vadunt in eodem recto semper sed aliqua-
do divertiunt a via recta. quando .s. medium mul-
tiplex interponitur. **Et sunt ista media diversa**
num dyaphanetatum. ut quando unum est de-
suis et aliud rarius id est minus densum vel ra-
rum. **Aliquando enim occurrunt medium alterius**
nature sed frangitur radius sive species radio-
sa nisi veniat super lineam cadentem perpendi-
culariter super illud medium secundum occur-
rens. **Et voco lineam cadere perpendiculariter**
super corpus planum ad angulos rectos. super
corpus vero sphericum quando cadit in eius ce-
trum. **Ad visum autem primo modo dicitur de**
oem precipue eriguntur. sicut habetur ibidem.
Prima est sanitas sive homo a dispositione organi
visus. **Secunda est oppositio visibilis** contra vi-
su quo visus talimodo vivendi non videt nisi re-
illam cuius partibus venit species super lineas
rectas cadentes in centrum circuli que omnes
linee ducunt a singulis partibus rei faciunt. unde
pyramidem cuius conus est in pupilla et basi-
sis in re visa. ut patet in hac figura
Tercia est distantia proportionabilis

Visus per se fit tripliciter

Sensus visus quomodo formatur

Ad visum dicitur requiruntur

Quantum est sine determinatio non nimis ab
 axe visuali elongatus. quod illud quod multum
 elongatur ab axe licet visum opponatur tamen
 distincte non cognoscitur. **¶** Visus visualis est radi
 us ille siue linea que intelligitur duci a medio
 visus ad punctum rei vise directe ad oppositum
 in medio visus. ut patet hac figura.
 a enim et b sunt axes quando vi
 dens directe intuetur punctum. c quando vero i
 nuetur punctum. d. tunc ille duc. d. c. linee exten
 tes ab oculis dicuntur axes. quod extenit immedia
 te ab oculi medio ad rem visam. **¶** Quintus est
 soliditas siue densitas rei vise. quod quod est om
 nino purum / non videtur. unde et aer non videtur
 eo quod est in sine dyaphaneitatis et non habet de
 sitatem ut dicit auctor scientie perspective. **¶** Se
 ptimum est magnitudo debita rei visibilis. quod res
 potest esse ita parua quod non videbitur in aliqua
 distantia. quod visus non est nisi per pyramidem ad oculum
 venientem que si fuerit valde parua / occupa
 bit partem visus valde paruiam. sed visus non
 sentit rem visibilem nisi quando pars sue sup
 ficiei immutata fuerit quantitate visibili. **¶** Se
 ptimum est raras mediis interioribus quoni
 am si medium fuerit densum / impeditur mul
 tiplicatio speciei ut non veniat debito modo et
 de facili ad pupillam. **¶** Octavum est lux. quia
 species visibilis non immutat visum nisi cum
 luce. **¶** Nonum est tempus. quia visio fit in tem
 pore sicut probatur in perspectiva. quantumvis enim
 visibile subito ostendatur visui / non tamen di
 scernitur cognoscitur nec distincte / nisi habita
 aliqua anime deliberatione que mora indiget
 et tempore. et ideo attentio anime est etiam ne
 cessaria ad predictis. ut supra dicitur est. **¶** pre
 scium philosophum non solum venit spes
 rei ad visum sed pyramidem visibilem. sed spe
 cies visus ad rem sup consimilem pyramidem
 extensam in eodem loco. **¶** Dicit enim aristo. in
 ix. et. lib. de animalibus. quod nihil aliud est vi
 sum videre / quod visus creatur ad rem visam. **¶** Et
 idem vult aug. li. i. super gen. et vi mathe. **¶** De
 re autem visa nihil venit nisi spes eius. neque a
 visu ad rem venit aliud quam spes eius. nihil enim
 erit de oculi substantia quod corumpere / sed erit
 ab oculo conus pyramidis et dilatatur eius ba
 sis super totam superficiem rei vise. **¶** Item probatur
 auctor perspectiva in li. i. quod nihil videtur nisi per
 lucem orientem super rem visam ab eadem usque
 ad oculum multiplicatam. unde necessario et
 igitur terna pyramidis. scilicet ipsius lucis. **¶** Et omnia
 istorum trium pyramidum conus sunt in oculo et
 bases in re visa quando ergo visus habet spe
 cies venientes super bases tres pyramides tunc

fit species lucis et coloris per medium tunc
 et humorum oculi usque ad humores cristallini
 et ibi incipit anima facere iudicium de re visa
 per speciem illam / sed ibi non completur immo
 ulterius multiplicatur species usque ad nervos
 obitum siue conuulsum. qui later in superficie
 cerebri et ita est virtus visiva in radice et subie
 cto primo principali et vno. **¶** Aliter enim via
 res semper videretur duo propter duos oculos
 nisi continuarentur ad unum organum in quo
 sit una vis fontalis deniuata ad pupillas hec
 omnia ostendit auctor perspectiva. **¶** Aliam ratio
 nem visus ostendit et assignat constan. li. iii. c.
 xi. **¶** Dicit enim spiritum visibilem oculum et aer
 rem corpora esse dura que irradiatione quadam
 mutua se inuicem irradiando immutant. aer
 enim qui est iuxta rem videndam ab eius pro
 pteratibus immutatur et sic immutatus oculo se
 offert a quo spiritus visibilis immutatur. **¶** Max
 ista virtus visiva usque ad extremas partes pu
 pille se diffundens aere immutato adiungitur
 et quasi unum cum illo efficitur. et anime iudi
 cio color mediante aere delatus anime iudicio
 representat. **¶** Per enim ex varietate formarum si
 bi obiectarum facile immutatur. sicut videtur
 ex obiecto panni rubri ad solis radium vicinis
 aerem colorari. unde non est mirum si oculum
 darum et dyaphanum sibi in mediate comun
 tum qualitate et forma consimili afficiat et im
 mutet. **¶** Quantum igitur ad presens sufficit op
 pusculum. breuiter recollige quod visus vel virtus
 visibilis ceteris sensibus est subtilior et viuacior.
 unde a viuacitate visus nomen accepit (ut
 dicit Plido. **¶** Item in ceteris sensibus est dis
 gnior. et ideo secundum situm altius est superio
 rior. **¶** Item cum in effectu tanquam quedam ignea
 vis alijs et potentior. quod alij sensus propin
 quiora hic vero suauitate remotissima comp
 hendit. sub angulo recto et pyramidali visa di
 iudicat et discernit secundum nobiliores naturam et
 dispositionem organi factiori modo inter vi
 dendam distinguit. **¶** Unde dicit aristo. li. ii. quod vi
 sus bonus et actiuus erit et humore temperato
 unde et aues vncorum vngulum sunt acuti vi
 sus. ut a quile. et hoc propter purum et subtile
 humorem et temperatum in organis visus ex
 stentem. et tales aues a remotis et altissimis lo
 cis vident abum. etiam tales aues altius se ele
 uant in aere quam alia volatilia. aues vero in terra
 manentes non sunt tam acuti visus / unde de
 prope et non de longe vident abum suum
¶ Item idem li. ii. **¶** Oculi glauci non sunt acuti
 visus de die neque signi de nocte. propter pauca
 tatem autem humoris oculi glauci mouet

De anima

motu maiori. unde et virtus visiva debilitat
Nigri autem oculi mouentur minus propter multitudinem humoris. et lumen noctis est debilius et humor in nocte est naturaliter grauis motus. et ideo species visibilis interdudatur per humoris et impeditur. Item idem. visus senum non est acutus. quoniam senum est cutis rugosa. ex quo patet quod et bonitate organi vel debilitate debilitat vel fortificat vis videndi. vnde dicitur ibidem cum oculi animalium habeant cooperatorium et fuerit humor in pupilla mundus et temperatus et cutis super pupillam tenuis. tunc visus est acutus et videt a remotis. sed tamen non perfecte distinguit a remotis inter colores et differentias corporis. visus tamen talium animalium melior est visus eorum quorum humor in oculis est multus et non habent cooperatorium omnino. Nam propter continuam apertionem spiritus visibilis disgregatur et pupilla etiam de facili leditur et sic visus impeditur. In habentibus vero palpebras et cooperacula patet eadem ratio. Dicit etiam ibidem quod eadem acuta visus in videndo a remotis est propter situm oculorum. nam oculus eminens est parui visus et non videbit bene a remotis. sed oculus profundus videt a remotis. nam motus eius non diuiditur nec consumitur sed caret recte ab eis non visibilis et vadit directe ad res visas. unde cum extra oculum non fuerit cooperaculum/necessario debilitatur visus nec videbit a remotis nisi debilitat (hucusque aristoteli. li. ii. c. xix.) Et hec sufficiant que de visus proprietatibus generaliter iam sunt dicta. nam alia patebunt infra ubi de natura et proprietate oculorum tractabitur.

Auris audibilis in aurium organum suum foratur effectum. Est enim auditus sensus proprie sonorum perceptiuus. unde ad perficiendum auditum quantum ad minus sunt necessaria. scilicet causa efficiens organum conueniens anime intentio de his conferens vel bis intendens. Causa efficiens est virtus animalis audibilis. Organum siue instrumentum conueniens est quoddam os petrosum siue cartilaginofum auribus suppositum. quod quidem est concava sicca et tortuosum et durum. Concaui est siquidem auditus organum. ut in sui concauitate spiritum et aerem contineat. Tortuosum est ne stupor ex subita et vehementi allusione natus spiritum audibiles ledat. et ideo organum circularitate sonus temperate susceptus spiritum audibilem non reuerberat sed perficit et delectat. Durum etiam est et sicca. ut sic in eo melior et fortior fiat aeris allusio. et sic sonitus maior fiat. ut patet de tympanis/que melius resonans

stante borea vento. scilicet frigido et siccio/ quam australi humido atque lento. ut dicit constantius et etiam aristoteli. Medium vero deferente passus est aer/ qui aurium foramina subintrat et allidit. Os petrosum quod est primum auditus instrumentum. Est etiam necessaria anime intentio. quod quoad sollicita est et intenta ad diuersa minus viget ad perficiendam virtutis audibilis actionem. sicut videmus in multis vndique circumdatis. quia fere nihil audiunt cum mens ad singula suam non habet attentionem. et ideo nihil percipit tunc auditu. Igitur autem auditus habet duo nerui ab interiori parte cerebri exentes in ossibus petrosi aurium inserti. per quos spiritus animalis ad ossa deferretur/ quibus exterior aer foramina alicuius soni referens et in medietate perungit unde aer percussus ossa illa allidit. et spiritus in eis existens secundum proprietatem aens ibi existens et neruos alidens imutatur. Spiritus vero sic immutans recurrit ad sua cellulas fastidiam imutationem anime representat et sic auditus perficitur. patet igitur quod auditus merito dicitur aereus eo quod per aerem repercussam. habet semper generari. inde est quod natura posuit sensum auditus in medio rotundi capitis (ut dicit aristoteli. li. ii.) quia auditus circulariter et non directe sonum aeris percussus vndique apprehendit. Dicit etiam sensus (sicut et ceteri) constitatur. et quod corrumpitur in extremis et in medijs delectatur et saluatur. unde dicit ambrosius in epistola me Incolas regionis ubi oritur nilus auditus esse penitus priuatos propter fragorem et strepitum horribilem quoniam idem fluuius de montis precipitio currens incolarum auribus incurrere consuevit. Dicit etiam (sicut et ceteri) multis subiacet passionibus. quia quandoque rotus aufertur et tunc surditas vocatur. et quandoque minoratur et tunc grauitas auditus nominatur. quandoque autem cursum suum egreditur. Causa autem passionis quandoque est et vitio cerebri siue ipsius nerui qui est via auditus et hoc quia opilat vel quia aliquo morbo officiali aggrauatur. Item et vitio ipsarum aurium quod quandoque a diuersis humoribus corripuntur. quandoque putredines in suis concauitatibus coadunantur quandoque lapides vel alia que transitum aeris ad spiritum audibilem impediunt immittuntur. quandoque ex intilatione vermium et corrosione nerui audibiles molestantur. quandoque autem ex aere corrupto calido vel frigido instrumenta auditus inficiunt et leduntur. quandoque autem ex grossa ventrositate in poris neruorum sensibilium interclusa via auditus impeditur ut patet in illis quibus

Quomodo auditus fiat

*Ad Audiam et fitentis
quod sunt nata
Surditas vero catur*

videtur q̄ audiant fistulas cornus aut campas / ex quibus omnibus virtus auditiva le- ditur vel aufertur. sicut in tractatu aurium post dicitur.

Olfactus siue odoratus est sensus proprie odorum perceptivus. ad quem efficiendum exigitur spiritus animalis tanquam causa efficiens. necessarium autem est organum expediens. scilicet narium perfecta dispositio in quibus sunt carnicule ad modum mammillarum dependentes que sunt propria organa odoratus. et recipiunt spiritum animale per quosdam nervos a cerebro descendentes. Nares enim non sunt proprie instrumenta olfactus / quia sunt cartilaginee / et ideo insensibiles quod patet. quia eis abscisis non privatur animal odoratu. Similiter nos per fenda loca transientes si flatum respressemus subintrante nares aerem fetidum non sentimus. et hoc est quia ille carnicule opilata quasi quodam motu voluntario sunt obstructe. Sunt etiam he carnicule concave et spongiose. Ideo concave / ut in sua concava porositate fumum a re odorabili recipientes resoluunt. Ideo etiam sunt spongiose / ut in eis vigeat virtus attractiva / et ideo necessaria est exterior aeris cooperatio / ut scilicet aer secundum fumositatez a re odoranda resolutam immutetur ac in ipsis carniculis in corporentur. Unde sic habet fieri odoratus. Spiritus animalis per quosdam nervos quod dicitur odorabiles ad predictas carniculas a cerebro transmittitur. Fumus autem corporis odoriferi resolutus / aeri admiscetur quia cerebri ventriculi per illas duas carniculas sibi amantur et in suam similitudinem mutant et convertunt. et sic per illam immutationem in spiritu animalis factam odoris discretio preceatur. Odoratus autem spectat ad fumositatez naturas seu materiam / quam habet per eam fieri. Odor enim nihil aliud est quam aerea siue fumosa substantia a corpore resoluta. hunc aerem fumosum seu vaporem sibi necessarium et amabilem attrahit cerebrum sicut cor anhelitum et huius aeris attractione cerebrum temperatur et confortatur. sicut calor ordis attractione anhelitus mitigatur. Vapor enim si fuerit maliciosus / fetidus / et corruptus spiritum animale corruptit / et sepius pestiferos morbos generat et inducit. unde olfactus in suo effectu sepius impeditur. Quandoque propter malam cerebri complexionem. quandoque propter humorum crudorum vel corruptorum in nervis odorabilibus nimiam repletionem. ut patet in patientibus fluxum narium seu catarrham. quandoque propter parvam instrumentorum olfactus dispositionem. quandoque si nimis dilata-

tantur vel nimium comprimuntur. quandoque propter superfluum carnis super cretens opilationem. ut patet in poliposis. quandoque propter apostemans siue aiuscatis humoris corrupti infectionem. quandoque propter alicuius humoris calidi et siccitatis inasione. ut patet in canosis et hmoi. Et hic sensus propter sui subtilitatem quando bene disponitur / virtutem animale confortat / et a fumositate superflua euacuat. et e contrario. quando corruptus est aliquo casu vel infectus virtus animale leditur / et in suis actionibus impeditur. Dicit etiam aristoteles. li. xij. quod sensus olfactus non est nisi per attractionem aeris in animali habente nasum qui est medium in medio aliorum sensuum positum in anteriori parte capitis propter iuamentum anhelitus. Hinc enim animal habens pulmonem / habet nasum vel aliquid loco nasi propter anhelitus iuamentum. unde patet quod organum olfactus non solum est in animalibus ad decentiam et decorem verum etiam ad perficiendam virtutem spiritus animalis / et ad tribuendum virtuti vitali in corde adiutorium et vigorem. Hec virtus scilicet odorativa viget in quadrupedibus. Unde et solo odore discernunt inter herbas salubres et venenosas. et precipue infimius que eque vel magis discernunt inter abos et abos / per olfactum quam per gustum. Deinde maxime viget in canibus illa virtus / que solius odoris ducatur ad sentendum animalium vestigia vivacitate olfactus infallibiliter deprehendunt. Viget enim in volatilibus precipue in vulturibus (que sunt ambrosio. in crame. et fido. li. xij. c. viij.) Ita sunt vivacis olfactus quam ultra maria cadauera sentiunt. In his ergo et alijs operationis nature conditionibus admiranda est divina sapientia que per ista et consimilia nobis dat quodammodo intelligere qualiter per ista sensata materialia ad intellectum eorum que sunt supra sensum paulatim cordis interiora ad intelligentiam spiritualium promovenda. et propterea de hoc simpliciter est in hoc opusculo mea intentio et finis meus.

Gustus est sensus proprie saporum perceptivus. ad quem gustum sensibilibus perficiendum necessaria sunt illa causalia effectiva / materialia et informativa que et in alijs sensibus iam sunt dicta. Nas virtus animalis est causa efficiens. causa materialis et instrumentalis est lingua propria cum suis adjacentibus spiritum animale ad perfectionem virtutis gustabilis perficiens. Que quidem lingua secundum sue substantie complexionem est concava / porosa / humida / et insipida. Non

Abscisis

Abscisis

Odoratus quomodo fiat.

Olfactus quomodo impeditur.

De anima

De modo gustus fiat

causa quidem est ut sui concavitate humorosi-
tatem rei gustabilis resolutam in se suscipiat.
Porosa ut quod esset grossum vel subtile de-
re-gustanda ad nervos lingue libere subintrare
et ut virtus attractiva ad perficienda eadem
plus vigeret. Humida quidem est ut coopera-
rentur ad acceptorum dissolutionem. ut si aliq-
sicca et dura forsitan lingue vel palato applica-
rentur humiditate lingue ad digestionem suam
qualicunq; resolutionem facilius aptarentur.

Est etiam et insipida. ut esset cuiuslibet rei
et saporis facilius receptiva. sicut et aqua. que
si determinatum saporis haberet alterius qua-
litate percipere non valeret. Hic autem gustus
hoc modo. duo nervi in medio lingue infigun-
tur qui postmodum in multos ramos in ex-
tremis lateribus lingue dispergunt et
per eos spiritus animalis ad linguam defertur.

Cum ergo res gustanda subintrat linguam ut
poros nervorum spiritus animalis existens ibi im-
mutatur secundum eius proprietates quas postea
anime iudicio representat. Gustus ergo tanto
olfactu grossior est quanto fumus aqua subti-
lior invenitur. quod odoratus natura est fumosa.
Gustus autem sensibilitas humectatio est aquosa
ut dicitur constat. Dicitur sensus punitus est ad indi-
vidui conservationem. gustu enim corrupto
vel ablato vis nutritiva deficit et sic substantia
animalis paulatim perit. Gustus autem corrup-
tatur quando sua instrumenta leduntur vel quado
corrupti humores in ipsis dominantur. et
hoc fit quando non saporanda sentit. vel quado
saporanda sub propria qualitate non apprehen-
dit. et hoc accidit quando singularis humor in
lingue substantia dominantur. (verbi gratia si
predominatur colera rubra. omnia sentit ama-
ra. et si falsum flegma sentit falsa. et sic de alijs
ut patet in febriacantibus in quibus dicitur
corruptis humoribus gustum inficit et corrumpit
Immutatur etiam quando ledit per malitiam rei
que gustatur. ut patet in aloec et in alijs nimis
amans quorum horrore gustus asperatur. Dele-
atur autem gustus in dulcibus propter illam quod
habet cum dulcedine assimilationem. quia dul-
cedo que fundatur super calidum et humidum
similis est omnibus membris que dulcibus ma-
ximè nutritur. dulcia enim multi sunt nutriti-
vi et de facti membris assimilantur. sicut dicit
Isaacus dietis.

Tactus est sensus specierum tangibi-
lium perceptivus. Nam virtute ta-
ctus anima apprehendit calidum
et humidum / frigidum et siccum. molle et durum
tense et asperum. (vel sicut dicitur) Tactus est vis

ordinata in nervis totius corporis ad comp-
hendendum quod tangit. hic autem sensus licet
sit in omnibus partibus corporis principa-
liter tamen viget in molis manuum et plantis
quas natura temperata ista composuit ratione
ut. scilicet calida et frigida facilius presentirent. Sicut
autem hec partes concave / nervose / et tempera-
te. ideo autem concave ut tangenda melius per-
cipiantur et tenenda melius et fortius teneantur.
Nervose ut ibi vigeat sensibilitas quia omne
nervosum est sensibile. Temperate ut a qualibet
re temperata facilius immutetur. Obiecta
itaque sive sensati tactus dici potest compositio pri-
marum qualitatum et quedam convenientia ad
illas. ut asperum / leve / durum molle. In hoc
extremis sensus tactus leditur ut patet in nimis
calido et nimis frigido. In medijs vero dele-
atur. ut in tepido. Ad istum autem sensum per-
ficiendum exiguntur ista. scilicet causa efficiens et hec
derivatio est spiritus animalis ad organa tactus
Item instrumentum quod conveniens est et hoc
est duplex. scilicet nervi de cerebro egredientes singu-
lis membris animalibus spiritum deferentes. Secun-
darium vero instrumentum est caro in qua ner-
vi involuti sunt et insiti per quos virtus tangibi-
lis operatur. nam ipsis medianibus pes rei tan-
gibilis anime iudicio deponitur. Item tertium
exigitur secundum exteriorum cooperationem que neces-
saria est ut res tangenda organo tactus appro-
pinquat. ex cuius approximatione spiritus anima-
lis in carne et nervis existens immutatur. et im-
mutatus proprietate rei tacte anime representat. et
sic sensus iste in actu fit complete. ut dicitur constat.
Hoc autem proprium est sensus tactus quod omnes
alii sensus habent singulare membrum et organum
sue actioni specialiter deputatum. Solus
autem tactus est generaliter in membris omnibus
exceptis pilis et crinibus et pedum ac manuum
unguibus in quibus non est nervus et per consequens
neque sensus. per omnibus alijs magis est terrestrius ac
est grossus. et ideo aspera et dura et ceteras hu-
iusmodi terrestres passiones sensibus alijs si-
militudinis gratia perfectus comprehendit.
Dicitur sensus quamvis alijs sensibus ratione ob-
iectorum videtur grossior esse subiecto non plus alijs
iudicatur esse utilior quod quamvis alijs sensibus
possint aliquantulum esse sine tactu. non bene et com-
plete esse sine tactu est impossibile (ut dicitur philosophus)
vnde generalior est tactus ceteris in quod per omnes par-
tes corporis diffunditur. tamen quod alijs sensibus
coopatur / precipue gustui / hic. n. duo se-
sus. scilicet gustus et tactus sunt magis continui cum
ipso corde et ideo sunt magis de esse animalis
et per suis sensatis iudicant expressius et obiectis

*Ad sensu tactus que
exiguntur*

Quia quomodo corrupta

sup. omnia quod dicitur

Omne enim membrum habet nervum unum vel duos quibus sensus tactus et motus voluntarius perficitur et completur (sicut in anatomia constantini inveniuntur). Redditur autem iste sensus tactus quandoque sicut superior res. quandoque autem ex toto aufertur/ ubi sensus et motus voluntarius penitus amittuntur. ut conuenit in membris palatis et contractis. Item quandoque minoratur sicut quando aliquod membrum obdormire dicitur quando. s. propter aliquam opilationem vel membri constrictionem spiritus sensibilibus libere per membrum transire non permittitur. Redditur etiam a mala cerebri complexionem. ut patet in epilepticis/ qui hora accessionis etiam tactum ignis non aduertunt. Saepe etiam patitur ab extrinseca aeris immutatione. ut in digitis nimio frigore constrictis/ in quibus motus voluntarius impeditur. unde unus alium constringere non potest. Item quandoque ex parte corporis incisione. nam membrum a corpore praesum nihil omnino sentit etiam si praesum fuerit penitus vel combustum. Item membrum etiam manens in corpore si fuerit aliquo casu mortuum vel putrefactum/ sensu tangibili omnino priuatus est. tanto enim sensus tactus grauius patitur/ quanto profundius in nervis sensibilibus vulneratur. Item cum dolo/ sensus sit rei nocuae contingens ex partium discontiuacione/ res inferens dolorem membro maxime ledit tactum/ et maximam infert corpori passionem/ et grauem efficit immutationem. nam omne sensum immutationem facit in organo sensibili sui (ut dicit philosophus.) Item plures immutationes faciunt sensata tactus quod aliorum sensuum. Grossior enim est et materialior ceteris sensibus/ et ideo fortius retinet impressiones conuenientes vel inconuenientes. Item quod tactus est sensus vniuersalis adhaerens singulis partibus animalis. ad vniuersalem destruktionem tactus/ destruitur subiectum totum animalis. Non sic est de alijs sensibus. Destruo enim sensu vitus/ alie virtutes animalis propter hoc non destruntur imo quandoque in suis actionibus fortius intendunt. s. destructo tactu destruitur omnis sensus. unde patet quod sensus tactus est subiectum omnium aliorum sensuum et fundamentum. Item cum quatuor sensus alij singuli singularem et proprium sensatum habeant et obiectum. s. quod sic cadit in vno sensu quod non in alio. sicut color in visu/ sapor in gustu et c. Solus tactus est qui in omnibus alijs organis sensuum suas imprimit passiones. Est enim commune omnibus sensibus quod propria habent obiecta et sensata. in quibus non erant nisi. casu propter quedam eius accidentia contingit

sensum particularem errare (ut quod dicit Aristoteles.) huiusmodi sepe faciunt fantasiam mentiri. ut patet in visu qui iudicat stellam magnam esse partem propter magnam distantiam situs. et gustus qui dicit amarum dulce et conuerso propter palati infectionem. et sic de alijs contingit. Ad commune igitur est et generale quod omnes sensus particulares ceteriores a communi sensu interiori tanquam linee quaedam a centro particulariter extendunt. et secundum varias eorum passiones organa sensitiua perficiunt et suorum sensorum formas per similitudines ad sensum commune singulariter reducant. quo mediante de singulorum proprietatibus et differentijs (quantum eorum actioni congruit) iudicant et discernunt. Et haec dicitur de proprietatibus virtutum et sensuum iam sufficienter.

Sicut ad regimen nature eriguntur sensus et virtutes/ ita ad perfectionem eiusdem eriguntur necessario spiritus quidam quorum beneficio et motu continuo tam sensus quam virtutes in animalibus moderantur/ ut suas peragant actiones. Dicitur autem spiritus prout hic sumitur quedam subtilissima subtilis aerea virtutes corporis excelsas ad suas peragendas actiones. Et sicut dicitur in libro de differentia spiritus et anime. Spiritus est quoddam corpus subtile vi caloris generatum et in humano corpore per venas corpus viuificans/ et per artenas pulsabiles anhelitum vitam atque pulsum animalibus administrans/ sensum et motum voluntarium medianibus nervis et musculis operans in corporibus animatis.

Hic spiritus secundum medicos sic habet generationem per calorem agentem in sanguinem in epate fortis fit ebullitio/ fumus quidam resoluatur qui ex venis epatis subleuatur et depuratur/ in quandam subtilem et spiritalem substantiam siue aeream naturam commutatur/ qui spiritus naturalis dicitur/ eo quod sua potestate naturaliter sanguinem subleuat/ et leuitate sua ipsum ad singula membra impellit et agit. et ideo iste spiritus est virtus naturalis propter regitum (ut dicit constantinus.) Hic idem spiritus per venas quaedam ad cor mittit/ ubi per collisionem et motum partium cordis ad inuicem magis depuratur et in naturam subtiliorem peruenit/ et tunc spiritus vitalis a phibitis nuncupatur/ eo quod a corde per artenas ad totius corporis membra se diffundit/ et spiritalem virtutem augmetans eius operationes reficit et custodit. Nam quaedam arteria a sinistro cordis ventriculo exiens in suo ortu mox in duos diuiditur ramos quorum vnus tendit ad inferiora in plurimos diuisus ramos.

quibus mediābus spūs vitalis ad omnia in
feriora mēbra viuificanda in corpe deportat.
Alter vero ramus tendens ad superiora diui-
ditur iterum in tres ramos. quorum dexter ad
dextrum brachium / sinister ad sinistram equa-
liter se diffundit in arterijs sic diuersimode bifur-
catis transfundit spūs vitalis per totum corp⁹
et vitalem in arterijs pulsum operatur. **M**edi-
us vero ramus ad cerebrum se extendit et supe-
riores partes viuificans vitalem spiritum in
omnibus partibus circumfundit. **I**dem vero
spiritus ad ventriculos cerebri vitalem pene-
trans ibidem plus dirigitur et subtiliatur in ef-
fentiam animalis spiritus qui subtilior est ce-
teris transmutat. **I**ste igitur spūs animalis in
anteriori ventriculo cerebri generatur et parti-
culariter diffunditur per organa sentiendi / nihil
ominus tamen pars remanet in eisdem ventri-
culis. vt sensus communis et imaginatiua vir-
tus perficiantur. **D**einde transit ad medium ven-
triculum. scilicet ad cellulam logicam ad perfici-
endum intellectum / formato autem intellectu
transit ad puppin siue ad cellulam memoriale
impressionem in alijs cellulis factas secum de-
ferens. vt in thesauro memorie reponant. a pup-
pi vero / idest a posteriori parte capitis / idest cere-
bri per medullam spine dorſi / que a phisicis nu-
cha dicitur penetrat ad neruos motiuos. vt sic
motus voluntarius in omnibus partibus cor-
poris inferioris generetur. **A**nus igitur et idē
spiritus corporeus subtilis tamen et acutus. p-
pter diuersa officia in diuersis membris diuer-
sis nominibus est vocatus. **N**am spiritus na-
turalis est in epate. spiritus vero vitalis in cor-
de. sed spiritus dicitur animalis pur in capite
operatur. **P**unc quidem spiritum non debe-
mus credere humanam siue rationa-
lem animam / sed potius (vt dicit aug⁹.) eius-
dem vehiculum et proprium instrumentum me-
diante enim tali spū anima corpori iungitur /
et sine tali spūs ministerio nulla anime actio
perfecte in corpore exercetur. **U**nde istis spiriti-
bus lesis et in suis effectibus qualitercumq; i-
peditis / resoluta corporis et anime harmonia
rationalis spiritus in cunctis suis operacioni-
bus in corpore impeditur. vt patet in mania-
cis et freneticis et in alijs in quibus vsus ratio-
nis sepius nō habet locum. et hoc est quia spū
corum spirituum humore vel vulnere leditur
instrumentum. **I**stis igitur spiritibus confor-
tatis / anima confortatur. et istis debilitatis vt
deficientibus / ipsa anima quo ad regimen cor-
poris deficit / vel in suis actibus minoratur. vt
plane ostendit constan. **E**t hec de istis spiriti-

bus sufficiat quantum ad partem pertinet tractandi
Cum pulsus spiritus vitalis sic est
secus / restat vt de pulsibus et eor-
proprietatibus aliqua dicamus.
Est itaq; pulsus fm diastolem et systolem idest
fm dilatationem et constrictionem cordis et arte-
riarum motus. **C**um igitur cor in continuo mo-
tu existens a centro vsq; ad circumferentiam i san-
guinis a caloris motu ac in pulsu spūs vitalis
continue moueatur ex tali motu vsq; ad sui extre-
mitates dilatatur. quando vero ecounterſo ab ex-
tremitatibus ad centrum mouetur / constrin-
gitur. **C**ordis igitur dilatatio ad frigidum aer-
rem attrahendum et constricō ad aerem fu-
mosum expellendum / sunt causa pulsus. **A**d
hoc autem necessarius est pulsus vt dispositio
spūalis virtutis intelligatur / et eius operatio
cognoscatur. **P**iciturq; pulsus a corde incipit
et per artenas ad extremitates corporis se diffū-
dit / vnde consistenam cordis et eius actionē
ostendit. **S**olet autem a medias non in oib⁹
partibus corporis / sed in brachialibus parte-
riarum motus pulsus communiter inueniri quā-
m in quibusdam non possit bene discerni. ppter
earum a centro cordis elongationem. **I**n qui-
busdam autem propter cordis regens ocul-
tationem. **I**n quibusdam autem propter ossi-
um constrictionem. et ideo antiqui sapientes ad
discernendum pulsus artenas brachij eleger-
unt. et hoc siquidem fuit facilius / vtilius et bo-
nestius. facilius quia carnosae partes artenam
non occultant. vtilius quia brachiales artene
cordi magis appropinquant. honestius / qz nec
egro / nec medico aliquam verecundiam generat
seu ministrant. indecens enim esset et vere-
cundum oculis membra corporis denudare
Discernuntur autem pulsus proprie per digi-
torum appositionem super locum pulsantem.
Quod fieri consuevit cum mediocti pressione
aliter in forti / aliter in debili. quia in forti et car-
noso fortius / in debili et caribus snudato re-
missius et leuiori pressioe fieri consuevit. **A**d hoc
sciendum est vt dicit constan⁹ qz multe sunt
pulsuum diuersitates / que tamē ad decem refe-
runtur vel reducuntur. **P**rimus attenditur se-
cundum dimensionis quantitatem. **E**t hic est
tripler. magnus / quando per latum / longum /
et profundum arterie se diffundit. **E**t proxi-
mē iste pulsus fortis et grossus ex formidine spū-
tus quo dilatatur pulsus. et ē pulsus ex nimio
calore qui indiget infrigidatione et ex mollitie
membri obedientis dilatationi. **D**icitur et par-
uus / occult⁹ / et stricus quādo ad centrum redit
et hoc fit ex defectu virtutis et prauitate caloris

S pulsibus et eorum proprietatibus

Cā pulsus

Quomodo pulsus agnoscat

Pulsuum diuersitas

Maturus et mediocris / equalis / et temporis quā
 do nec centro nec extremitatibus est vicinus.
Dec mediocritas ex magno et parvo procedit.
Item consideratur secundum tempus motuū. et sic di
 citur velox / tardus / et medius. **V**elox dicitur / quia
 puo temporis intervallo sepius movetur. et hoc
 contingit ex forti calore et virtute. **T**ardus / quia
 magnū continet temporis intervallum vel spa
 cium ad sui motus complementū. et hoc accidit
 ex defectu caloris et virtutis minoratione. **M**e
 dius inter hos laudabilis est habendus. **T**er
 tio consideratur pulsus secundum tenorem virtutis. et
 secundum hoc est fortis / debilis / et medius. **F**or
 tis est quādo quadam virtute a se videtur repel
 lere digitum tangētis. et hoc accidit ex fortitudi
 ne virtutis et mollitie organi facili ad remouē
 dum. **D**ebilis est quādo debiliter digitum per
 cunt. et hoc est ex imbecillitate virtutis / et du
 ra a organi inobediētis. **M**edius ab utroque
 temperatur. **Q**uarto attenditur secundum consistētiā
 organi. et tū dicitur durus / mollis / et medius.
Durus est quādo cum quadā asperitate et duri
 cia resistere videtur. et hoc puenit ex vasorum su
 orum siccitate. **M**ollis est quādo digitū cū mā
 gna suavitate sentiunt ita videat ab eis perc
 netari. et hoc puenit ex humiditate. **M**edi
 us inter hos duos est temperatus. **Q**uinto iu
 dicatur secundum plenum vacuum / et medium. **P**le
 nus est qui quadam humiditate redūdare vi
 detur et hoc puenit ex nimia sanguinis et spūs
 repletionē. **V**acuus autem est quādo apparet
 inflatus. sed cū tangitur / quasi vacuus digitis
 pforatur. **M**edius ab his est temperatus. **S**exto
 iudicatur pulsus secundum qualitatem arteri
 am. et dividit in calidum / frigidū / et medius.
Calidus est cū digitoy extremitates sentiūt ca
 lidam arteriay substantiā. et hoc puenit ex ma
 teria intra habita. scilicet ex spūs / et calore. i. calido sā
 guine. **F**rigidus eōtrario est intelligendus.
Medius vero ab his duobus temperatur. **S**e
 ptimo iudicatur ex opere quietis. et hec dividit. et
 in spissum / rarū / et medium. **S**pissus est qui i
 sua dilataone digitoy extremitates sepe pec
 tit et subito recedit. et hoc accidit ex fortitudine
 caloris et defectu virtutis. fortitudo enim calo
 ris remedium quent refrigerationis. defectus ve
 ro virtutis cū non valeat semel bis vel ter i ap
 petendo laborat. **R**arus vero eōtrario et ex cō
 traria causa puenit. scilicet ex tarditate caloris / et ex
 fortitudine virtutis. **M**edius inter hos erit tē
 peratus. **D**i septem pulsus sensu sunt notabi
 les et ad discernēdum ceteris faciliores. **A**lij ve
 ro tres pulsus quoy primus dividit in pondus
 laudabile / et nō laudabile. **S**ecūdus qui dividit

Variatur pulsus
 ppter multa.

tur in pordem / et in nō equalem. **E**t tertius qui
 secundum percussione maiorem vel minorem divi
 ditur in ordinatum / et nō ordinatum tamē vir
 valentia perissimis medicis deprehendi. et id
 de eis ad presens super sedendū est. **S**i quis
 tamen eos scire voluerit. in vij. li. pandeg. con
 stan. c. iij. de quo hec extraximus inueniet deter
 minata sufficientissime oīa et expresse ibi dicitur pul
 su capusante marcellino / ferruo / verniaculo so
 formidante / estuante / et tremente diffusus di
 sputatur. de quibus nihil ad presens. tum pro
 pter difficultatem. tum etiam ppter singulariū
 pulsuum in multiplicatē. tum etiam / quia pres
 senti opusculo multum necessaria nō videntur

Variatur autem pulsus ppter mul
 ta. **P**rimo ppter secus discrecionē
 nam in masculis qui valdioris sūt
 nature et fortiores / fortior est pulsus qui in femi
 nis que sūt nature magis debilis. et hoc est quia
 natura sepe iterando nititur supplere in femis
 quod per fortiozem pulsuum semel in masculis
 operatur. **I**tem variatur pulsus per completō
 nem quia si fuerit calida / facit pulsuum fortiozem
 maiorem vel velociorem. si vero frigida / facit
 parū debile atq; tardū. si autē / bñda mollē
 reddit et spissum si sicca / asperum atq; durum.
Item diversificatur ppter variā corporis di
 spositionem. quia in macilentis generaliter ē pul
 sus fortior et vivacior / et in crassis. et hoc forte
 ppter minorem arterie per molem carneam
 occulationem vel ppter maiorem caloris na
 turalis qui abundat in macilentis intensionē
 qui quidem calor pulsuum efficit fortiozem.
Item ppter etatis diversitatem. quia pueri
 habent velociorem pulsuum ad innatū caloris
 refrigerationem. quia in talibus plus abundat
Nam velocitatem facit magnitudo caloris. et
 debilitas virtutis que ad attrahendum frigi
 dum aerem semel non sufficit ut supra dictum
 est. **I**uvenes vero ppter abundantiam in eis
 virtutem pulsuum habent fortem et velocem.
Senes vero eōtrario paruum et tardum debi
 lem / et rarum. et hoc quia eorum completio ap
 propinquat frigiditati. unde nō est necesse mul
 tum attrahere aerem frigidum causa refrigera
 tionis. **A**lie autem etates his affines secun
 dum eam cui magis approxinant pulsuum si
 miliozem sunt habentes. et hec etiam in mas
 culis qui in feminis. **I**tem ppter temporis im
 mutationem. nam ver ppter temperantiam
 frigidam et calidam pulsuum facit fortem. simi
 liter et autumnus. **O**mne enim temperamen
 tum virtuti naturali adhibet incrementum.

De anima

Estas vero qui calidissima est debilem pulsum reddit et parum, propter nimiam pectoris vel porum dilatationem, propter quam evanesceat virtus et debilitatur, et ideo pulsus debilitati non sufficit ut magis efficiat. **D**icens autem quia frigida est facit pulsum tardum, sed tamen multum fortem, tarditas autem hec puenit et hoc quod non oportet multum refrigerari, fortis autem est quia calor naturalis ad interiora refugit coram poris, unde virtus et pulsum confortat quando non excedit, calor vero estiuus vntum dissoluit. **I**tem propter diversorum climatum et regionum inhabitationem, quia in calida regione habitantes ut in ethiopia pulsum habent velocem quasi estiuum. In habitates vero in frigida pulsum habent sicut hiemali. In habitates vero sub linea equinoctiali pulsum habent mediocre sicut in tempore vernali et autumnali. Similiter aer calidus frigidus et sicus siue temperatus pulsum variat et immutat. **I**tem propter impugnationem, nam pregnantes in pulsu sunt mutabiles, quia a principio usque ad septimum mensem pulsum habent fortem spissum et velocem, quia calor fetus calorem augmentat naturalem, et vires muliens usque ad hoc tempus sunt mediocre et fetus ad huc parvus, unde parum nutrimenti abstrahit ab eorum corporibus, et ideo est pulsus ad huc temperatus. **I**n septimo vero mense fetus maioratur, et ideo maius nutrimentum requiritur, unde et natura grauat et per consequens pulsus debilitatur. **I**tem propter somni et vigiliarum alterationem, quia tempore somni parvus esse solet et tardus sed post somnum fit fortis et magnus quia tunc calor naturalis confortatur, verumtamen si somnus nimis prolongetur, pulsus rarefit et debilitat. **I**tem si quis a sono excitetur subito natura vel materia diseunt et pulsus velox/spissus tremens et inordinatus subito inuenitur, sed cum quietate iterum reuertitur in pristinum statum. **I**tem propter laborem et corporis exercitationem que si fuerit temperata pulsum facit magnum, fortem, velocem et spissum quia calor naturalis post huiusmodi exercitatur. **S**i vero exercitium exiuit temperamentum accidit e contra pulsus parvus/durus/tardus/crassus, quia in sic laborantibus virtus deficit et calor naturalis dissoluitur et pulsus per consequens minorat. **I**tem propter balneorum assuetudinem, nam in aqua calida balneantes tempore pulsum habent fortem magnam et spissum, et hoc propter nature confortationem et propter superfluitatem humiditatis consumptionem, sed in nimis mora abusus in aqua pulsus efficitur debilis/remainz

tamen scilicet velocitas et spissitudo. **S**i militer balneantes in aqua frigida tepare pulsum habent fortem et velocem, et hoc contingit propter caloris naturalis coadunationem et confortationem virtutis puenientis ex temperamento exterioris infigidationis, sed nimia mora in tali balneo pulsum debilitat et virtutes, et hoc contingit in macilentis plus quam in crassis, propter frigiditatem ad interiora nimis subito et quasi sine obstaculo penetrantem et quasi sine precordia plus debito constringentem. **I**tem propter cibi et potus variam sumptionem, abusus enim superfluus et indigestus pulsum debilitat, modicus vero digestus ac per membra dispersus vel diffusus excitata virtute pulsum augmetat. **S**imiliter et potus moderatus et digestus pulsum facit fortem/magnum et velocem, potus autem calidus pulsum facit velocem et spissum/frigiditas autem rarum et tardum.

Item propter passionum anime variationem, nam ita facit pulsum et inducit velocem/forte spissum, lenia medicam, timor similiter pulsum efficit velocem et inordinatum et tremulentum, similiter et dolor, et sic de alijs contingit. **D**ec autem dicta de anime et potentiarum et proprietatibus/virtutibus et effectibus quantum spectat ad hoc opusculum iam sufficiant. **N**unc autem de proprietatibus huiusmodi corporis animae actus est et perfectio adiuuante dei gratia aliqua sunt dicenda.

Finit Liber Tertius